

Segoviensis (1805), Ignatium Fernandez Ulloa, Lucensem a Chantada, qui bis Coenobii hujus baculum accepit (1814, 1824) et post adimpletum Electoris munus (1828), Lerezensis Collegii postremus extitit Praelatus (1832); Andream Cano, Palentinum (1818), Rudesindum Nores, gallaicum, a Quinza dioecesis Auriensis (1828) et Didacum Morillo Caballero, a Castuera territorii Ordinis de Alcantara (1832).

Conventus Isidorianus, initio hujus saeculi, constabat triginta duobus monachis et quinque conversis. Ex superstitibus magnae calamitatis anni 1835 duo tandem ad Montserratum aufugerunt, nempe Josephus Giraldez († 1872) et Anselmus Molero († 1880); Leander vero Moreno Guzman in Monasterio Samonensi cucullam resumpsit (an. 1880). Monasterium, quod per quinquaginta fere annorum spatium manserat desertum inhabitatur hodie a monachis familiae Cisterciensis, quos vulgus Trappenses vocat, magno revera illius regionis emolumento ac utilitate, nec minore benedictini nominis per universam Hispaniam splendore ac fama.

(Continuatio sequitur.)

## Mitteilungen aus den lateinischen Handschriften zu St. Petersburg.

Von Dom Antonio Staerk, O. S. B.

(Schluß zu Heft 1—2, 1910, S. 3—36.)

### § 3. Der Codex Q. v. I. No. 34

Ex musaeo Petri Dubrowski. [Olim *Corb.* N. 230; *Sangerman* 686. <sup>1)</sup>]. 88 fol. 183—151 mm. 23 lin. lit. minusc. curol Saec. X

*Ordo scrutinii* ;  
*Theodu'phus, de ordine baptismi* ;  
*Interrogationes de trinitate et unitate Patris  
et Filii et Spiritus sancti* ;  
*Tractatus super Missam duo* ;  
*Aetas lunae et de signis Zodiaci* ;  
*Liber Paenitentialis Halitgarii* ;  
*Computus astronomicus de statu aegroti*

Diese Handschrift ist von mehreren aber gleichzeitigen Händen geschrieben. — Ursprünglich bestand sie aus 156 folia, die sich heute noch in drei St.-Petersburger Codices derart vorfinden:

<sup>1)</sup> N. 663 bei *Montfaucon* in der *Bibliotheca Bibliothecarum*.

Codex Q. v. I. 34. fol. 1—46. [Fol. 1 fehlt heute].

Codex Q. v. II. 5. fol. 46—102. [Heute fol. 1—57].

Codex Q. v. I. 34. fol. 120—146. [Heute fol. 45—89].

Codex Q. v. I. 56. fol. 146—156. [Heute fol. 1—10].

Letztere Handschrift (Q. v. I. 56) enthält ein Kalendarium, das in Corbie geschrieben wurde.

Unser Codex Q. v. I. 34 hat nun folgenden Inhalt:

Folio 1r—8v befindet sich ein römischer Ordo über das *scrutinium catechuminum*.

#### INCIPIT ORDO SCRUTINII.

#### QUALITER DEBEAT CELEBRARI. EBDM. III. FR. II.

Hora III scribantur nomina infantum vel eorum qui ipsos suscepturi sunt ab acolito et vocentur ipsi infantes ab acolito in ecclesia per nomina vel ordinem sicut descripti sunt ita dicendo: *Ille puer*; et sic per singulos statuuntur masculi ad dexteram partem seorsim: femine ad sinistram partem seorsim et sic per singulas statuuntur. Tunc in primitus faciat presbiter in parvulorum frontibus crucem cum pollice dicendo: *In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti et inponens manum super capita eorum dicens: „Omnipotens sempiterna Deus pater domini nostri Jesu Christi. Item super feminas facit similiter et postea benedicit sal hoc modo: Exorcizo te creatura salis et mittat in ore infantum de ipsum sal per singulos ita dicendo: Accipe ille sal sapientiae propitiatus in vitam aeternam. Inde vero exeant foras ecclesiam expectantes oram quando revoentur.*

Tunc primum accipiat clerus antiphonam ad introitum: *Dum sanctificatus fuero*. Qua finita dicat presbiter: *Oremus*. [D]a quaesumus Domine electis nostris digne atque sapienter ad confessionem tuae laudis accedere et dignitati pristinae, quam originali transgressione perdididerant per tuam gratiam reformentur. Per.

Et postea sedet in sede sua et dicat diaconus: *Catechumini procedant*. [Iv] Et vocentur infantes ab acolito per nomina vel ordinem ut scripti sunt et statuuntur ut prius et post modum admoventur a diacono ita: *Orate, electi, flectite genua*. Et postquam oraverint dicit: *Levate, complete orationem vestram in unum et dicite amen*. Et respondent omnes: *Amen*. Item dicit diaconus: *Signate illos; accedite ad benedictionem*: et signent illos infantes in frontibus eorum patris vel matris de pollicis suis dicentes: *In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti*.

Tunc venit acolitus iterum faciens crucem in frontibus singulorum dicendo: *In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti* et inponet manum super eos excelsa voce his verbis: *Deus Abraham*. Ipsa expleta vertit se ad feminas et facit crucem in frontibus singularium dicendo: *Deus coeli, Deus terrae*.

Ipsa expleta adnuntiat diaconus dicens: *Orate, electi Dei et reliqua sicut superius et signent patrini vel matrine ut prius; et sequitur alius acolitus super masculos facit crucem sicut prius fecit et inponens manum super eos dicens: Audi maledicte Satanas.* Item super feminas similiter faciens crucem et inponens manum super eas dicendo: *Deus Abraham, Deus Isaac.*

Item dicit Diaconus ut orent electi ut prius et signent patrini sicut prius. Inde tertius acolitus faciens crucem in frontibus puerorum sicut anterior fecit et inponet manum super capita puerorum dicendo: *Exorcizo te inmunde Spiritus.* Item super feminas faciens crucem ut prius et inponet manum super capita ipsarum dicendo: *Exorcizo te inmunde Spiritus.* Admonet diaconus: *Orate electi et reliqua sicut antea et signent patrini sicut superius et tunc presbiter accedit faciens crucem in singulorum frontibus [2r] sicut prius et inponet manum super capita ipsorum dicens orationem hanc: Aeternam ac iustissimam pietatem tuam.* Item ipse facit super feminas similiter dicens ipsam orationem.

Ista omnia consumata: iterum admonentur a diacono ita: *Orate, electi, flectite genua, et post paululum dicit: Levate complete orationem vestram in unum et dicite Amen.*

Iterum dicit: *signate illos. State cum disciplina et cum silentio.* Et signet patrini ut prius.

Inde revertit sacerdos ad sedem suam et legitur lectio Hiezechihel prophetae: *Haec dicit Dominus: Effundam super vos aquam mundam usque et salvabo vos ex universis iniquamentis vestris.* Sequitur responsorium: *Venite, filii, aspiciam vos et crescere faciam.* Postea ammonentur a diacono ita: *Caticumini recedant: si quis caticuminus est, recedat; omnes caticumini exeant foras.* Et egrediuntur ipsi electi expectantes pro foribus usquedum completa fuerint missarum sollempnia.

Deinde legitur *Evangelium* secundum Matthaëum cap. CX.: *In illo tempore, respondens Jesus dixit: Confiteor tibi pater coeli usque jugum meum suave est et onus meum leve.*

Et offeruntur oblationes a parentibus vel ab his, qui ipsos suscepturi sunt et ponat ipsas Sacerdos super altare et dicit orationem secreto. **SECRETA:** *Miseratio tua, Deus, ad haec percipienda misteria famulos tuos, quaesumus, et provehat competenter et devota conversatione perducas. per.*

Ubidum dicit: ¶ **INFRA ACTION.**

*Memento Domine famulorum famularumque tuarum, qui electos tuo: suscepturi sunt ad sanctam gratiam baptismi tui et omnium circumadstantium (et tunc recitantur nomina virorum [2v] ac mulierum qui ipsos infantes suscepturi sunt), quorum tibi fides cognita est.*

## II. INFRA ACTION.

*Hanc igitur oblationem, Domine, ut propitius respicias depræcamur quam tibi offerimus pro famulis et famulabus tuis, quos ad æternam vitam et beatum gratiæ tuæ donum eligere atque vocare dignatus est per Christum Dominum nostrum.*

Expleta autem recitentur nomina electorum ab acolito postquam recitata fuerint dicit presbiter: *Hos, Domine, fonte baptismatis innovandos Spiritus tui munere ad sacramentorum tuorum plenitudinem poscimus præparari, per Christum Dominum nostrum. Diesque nostros.*

**Post Comun:** *Adesto, Domine, quaesumus, redemptionis effectibus, ut quos sacramentis æternitatis instituis, eosdem protegas dignantur optandos. Per.*

**AD POPULUM.** *Suppliciter, Domine, sacra familia munus tuæ miserationis expectat: concede, quaesumus, ut quod te iubente desiderat, te largiente percipiat. Per Dominum nostrum.*

Finita vero missarum sollempnia comunicent omnes præter ipsos infantes. Deinde adnuntiet presbiter ut in ipsa ebd revertentur ad scrutinium ita dicendo: *Die Sabbato venite, colligite vos temporius ad ecclesiam illam vel illam.*

\* \* \*

Venientes autem omnes ad ipsum diem sicut eis denunciatum fuit et faciunt ipsum scrutinium et missam per omnem ordinem sicut superius scriptum est. Iterum adnuntiet presbiter qualem diem voverint in sequente ebdomada quod ab initio Quadragesimi est illi, ita dicendo: *Illa feria venite, colligite vos temporius ad ecclesiam illam qualem ipse denuntiaverit.* Et ut venerint ad ecclesiam die quo eis [3r] fuerit denunciatum, clamet diaconus dicens: *Caticumini procedant.* Et vocantur infantes ab acolito per nomine vel ordinem sicut prius et faciunt scrutinium per omnia sicut prius illos duos fecerunt usque ad ubi dicit: *Signate illos. State cum disciplina et cum silentio et tunc leguntur duæ lectiones in aurium apertionem.* Lectio I aiaie prophetæ: *Haec dicit Dominus: audite, audientes me, et come[dite] bonum usque ad Dominum Deum nostrum quoniam multus est ad ignoscendum.* Sequitur responsorium: *Venite filii.* Item alia lectio ad Colosenses: *Fratres expoliantes vos veterem hominem cum actibus suis usque et quidem in omnem terram exiv t sonus eorum et in fines orbis terræ.* Sequitur sponsorium: *Beata gens.*

Inde vero procedunt quattuor Diaconi de sacrario cum quattuor libris evangeliorum precedentibus eis duo candelabra cum turibulo et incenso et ponunt ipsa evangelia in quattuor angulos altaris. Et antequam aliquis eorum legat tractet presbiter his verbis:

*Aperturi vobis, filii karissimi, evangelia id est gesta divina prius ordinem insinuare debemus, quid est evangelium et unde descendat,*

et cuius in eo verba ponantur et quare quattuor sint qui hec gesta conscripserint vel qui sunt ipsi quattuor, qui divino Spiritu adnuntiante propheta signati sunt: ne forte sine hac ordinis ratione vel causa stuporem vobis in mentibus relinquamus. Et quia ad hoc venistis ut aures vobis aperiantur, ne incipiat sensus vester obtundi. Evangelium dicitur proprie bona adnuntiatio, [3v] quae utique adnuntiatio est Jesu Christi Domini nostri. Descendit autem evangelium ab eo quod adnuntiet et ostendat quod is qui per prophetas suos loquebatur in carne sicut scriptum est, qui loquebar ecce adsum. Explicantes autem breviter quid sit evangelium vel quid sint hi quattuor qui per prophetam ante monstrati sunt. Nunc sua quaeque nomine singulis assignemus indicis, ait enim propheta Hiezechiel: Et similitudo vultus eorum ut facies hominis et facies leonis a dextris illius et facies vituli et facies aquilae a sinistris illius. Hi quattuor has figuras habentes evangelistas esse non dubium est: Sed nomina eorum qui evangelia scripserunt haec sunt: Matthaeus, Marcus, Lucas et Johannes.

Ipsa expleta adnuntiet diaconus dicens: *State cum silentio audientes intente.* Et tunc accipiens diaconus de super angulo primo altaris sinistro librum evangelii, precedentibus ante cum dua candelabra cum turibulis ascendit ad legendum et legit: *Initium sancti Evangelii secundum Matthaeum usque ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum.* Et postquam legerit, suscipit de eo subdiaconus ipsum evangelium super linteum et portet in sacrarium et tractet presbiter his verbis:

*Filii karissimi, ne diutius ergo vos teneamus, exponimus vobis quam rationem et quam figuram unusquisque in se contineat et quare Matthaeus in se figuram hominis habeat: quia in initio suo nihil aliud agit nisi nativitatem salvatoris pleno ordine enarrat generationis; sic enim cepit: Lib r generationis Jesu Christi filii David, filii Abraham. Videtis quia non merito huic hominis adsignata persona est quando ab hominis nativitate initium comprehendit nec inmerito ut diximus huic misterio adsignata est mathei persona.*

Ipsa expleta, item adnuntiet diaconus: *State cum silentio, audientes intente.* Iterum accipit diaconus de super alio sinistro angulo altaris alium librum evangelii precedentibus similiter ut supra. Iterum dicit: *Initium sancti Evangelii secundum Marcum usque ego vos baptizo in aqua, ille vos baptizabit spiritu sancto.* Et post modum sequitur presbiter his verbis:

*Marcus evangelista leonis gerens figuram a solitudine incipit dicens: Vox clamantis in deserto parate viam Domini sive quia regnat invictus. Huius leonis multifaria invenimus exempla ut non vacet dictum illud: Juda filius meus, catulus leonis; de germen mihi ascendisti, recubans dormivit ut leo et sicut catulus leonis quis excitavit eum.*

Ipsa expleta, item adnuntiet diaconus: *Stare cum silentio, audientes intente.* Et accipit Diaconus desuper tertio angulo dextro altaris tertium librum evangelii secundum Lucam usque parare Domino plebem perfectam et tractet presbiter his verbis:

*Lucas evangelista vituli speciem gestat ad cuius instar salvator noster est immolatus. Hic enim Christi evangelium locuturus sic cepit de Zacharia et Elisabeth de quibus Johannes Baptista in summa natus est senectute. Et ideo Lucas vitulo comparatur quia duo cornua duo testamenta et quattuor pedum ungulas quattuor evangelia quasi tenera firmitate nascentia in se plenissime continebat.*

Ipsa expleta, iterum adnuntiat diaconus ut supra et accipit diaconus desuper quarto angulo dextro altare quartum librum [4v] evangelii secundum Johannem: *In principio erat verbum usque plenum gratia et veritate.* Iterum prosequitur presbiter his verbis:

*Johannes evangelista habet similitudinem aquilae eo quod nimis alta petierit, ait enim: In principio erat Verbum et Verbum e at apud Deum et Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Et David dicit de persona Christi: Renovabitur sicut aquila iuventus tua. Idem Domini nostri Jesu Christi qui resurgens a mortuis ascendit in caelos. Unde iam vobis conceptis praegnans gloriatur ecclesia omni festivitate votorum ad nova tendere christiane legis exordia, ut advenientem diem venerabilis pasche lavacro baptismatis renascentes sicut sancti omnes mereamini fidele munus infantiae a Christo Domino nostro Jesu percipere qui vivit et regnat cum Deo patre.*

#### DICIT PRAEFATIONEM SYMBOLI:

*Dilectissimi nobis accepturi sacramenta baptismatis et in novam creaturam sancti Spiritus procreandi fidem quam credentes iustificandi estis toto corde concipite et animis vestris vera conversatione mutate ad Deum qui mentium vestrarum est inluminator. Accedite suscipientes evangelici symboli sacramentum a Domino inspiratum ab Apostolis institutum, cuius pauca quidem verba sunt sed magna mysteria. Sanctus etenim Spiritus qui magistris ecclesiae ista dictavit tali eloquio tali que brevitate salutiferam condidit fidem ut quid credendum vobis est semperque profidendum nec intelligentiam possit latere nec memoriam fatigare. Intentis itaque animis symbolum [5r] discite, et quod vobis sicut accepimus, tradimus; non alicui materiae quae corrumpi potest sed paginis cordis vestri ascribite. Confessio itaque fidei quam suscepistis hoc inchoatur exordio.*

Ipsa expleta tenens acolitus unum ex ipsis infantibus masculum in sinistro brachio et interroget eum dicens: *Qua lingua confitentur Don inum nostrum Jesum?* Respondit: *Graeca.* Adnuntiata fide ipsorum qua iter credenti. Et dicit acolitus symbolum decantando his verbis: *Pescino his enat.* — Hoc expletum vertit se ad feminas et facit similiter. Iterum acolitus alter ac-

cipiens ex latinis infanibus unum in sinistro brachio ponens manum dexteram super caput ipsius et interroget ei presbiter: *Qua lingua confitentur*, sicut prius et respondet: *Latina* et cetera ut supra. Dicit ꝑi presbiter: *Deum patrem omnipotentem visibilium*. Hoc expletum vertit se ad feminas et facit similiter.

Deinde sequitur presbiter his verbis:

*Haec summa est fidei nostrae, dilectissimi nobis, haec verba sunt symboli, non sapientie humano sermone facta sed vera divinitus ratione disposita, quibus comprehendendis atque servandis nemo non idoneus, nemo non aptus et hic Dei Patris et Filii una et equalis pronuntiatur potestas; hic Unigenitus Dei de Maria Virgine et Spiritu sancto secundum carnem natus ostenditur; hic ejusdem crucifixo et sepultura ac die tertia resurrectio praedicatur; hic ascensio ipsius super celos et sessio in dextera paterne maiestatis agnoscitur [5v]; venturisque ad iudicandum vivos et mortuos declaratur; hic Spiritus sanctus in eadem qua Pater et Filius deitate indiscretus accipitur; hic postremo ecclesiae vocatio, peccatorum remissio et carnis resurrectio perdocetur. Vos itaque, dilectissimi, ex vetere homine in novum reformamini et de carnalibus spirituales, de terrenis incipitis esse caelestes: segura et constanti fide credite resurrectionem quae facta est in Christo etiam in nobis omnibus esse complendam. Et hoc secuturus in toto corpore quod praecessit in capite, quoniam et ipsum quod percepturi estis baptismi sacramentum; huic spei exprimit formam: quaedam enim ibi mors et quaedam resurrectio celebratur. Vetus homo deponitur et novus sumitur. Peccator aquas ingreditur et justificatus egreditur. Ille abiicitur qui traxit ad mortem et suscipitur ille qui reduxit ad vitam; per cuius gratiam vobis confertur, ut filii Dei sitis non carnis voluptate editi, sed per sancti Spiritus virtute generati. Et ideo hanc brevissimam plenitudinem ita debetis vestris cordibus inherere, ut omni tempore presidio huius confessionis utamini. Invicta est enim semper talium armorum potestas contra omnes insidias inimici ad bonam Christi militiam profuturis. Diabolus qui hominem temptare non desinit, munitos vos hoc symbolo semper inveniat, ut devicto adversario cui renuntiastis gratiam Domini incorruptam et immaculatam usque in finem ipso quem confitemini protegente servetis, ut in quo peccatorum remissionem accipitis, in eo gloriam resurrectionis habeatis. Ergo, dilectissimi, praefatam symbolum [6r] fidei catholicae in praesenti cognovistis. Nunc euntes edocemini nullo mutato sermone. Potens est enim Dei misericordia quae et vos ad baptismi fidem currentes perducatur et nos qui vobis misteria tradimus una vobiscum ad regna coelestia faciat pervenire per eundem Dominum nostrum Jesum Christum qui vivit et regnat.*

#### ITEM ALLOCUTIO AD ELECTOS.

*Dominus et Salvator noster Jesus Christus inter caetera salutaria precepta discipulis suis petentibus quemadmodum orare deberent eam*

*eis formam orationis concessit quam etiam lectione praesenti et vos plenius cognoscetis. Audiat nunc dilectio vestra quemadmodum doceat discipulos suos orare Deum patrem omnipotentem: Tu autem cum orabis, intra in cubiculum tuum et clauso ostio ora patrem tuum. Cubiculum quod nominat non occultam domum ostendit sed cordis nostri secreta. Illi soli patere commemorat et clauso ostio Deum orare debere, id est, ut a mala cogitatione pectus nostrum mystica clave claudamus ac labiis clausis incorrupta mente Deo loquamur. Deus autem noster fidei et non vocis auditor est. Claudatur ergo clave fidei pectus nostrum contra insidias adversarii et soli Deo pateat cuius templum esse cognoscitur, ut cum habitat in cordibus nostris, ipse sit advocatus in precibus nostris. Ergo Dei sermo et Dei sapientia Christus Dominus noster hanc orationem nos docuit ut ita oremus:*

**Pater noster qui es in coelis.** — *Haec libertatis vox est et plena [6v] fiducia. Ergo his vobis moribus est vivendum, ut et filii Dei et fratres Christi esse possitis. Nam patrem suum Deum, qua temeritate dicere praesumit, qui ab eius voluntate degenerat? Unde vos, dilectissimi, dignos exhibete adoptionem divinam, quoniam scriptum est: Quotquod crediderunt in eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri.*

**Sanctificetur nomen tuum.** — *Id est non quod Deus nostris sanctificetur orationibus, qui semper est sanctus; sed petimus ut nomen eius sanctificetur in nobis, ut qui in baptisate eius sanctificamur: in id quod esse incipimus, perseveremus.*

**Adveniat regnum tuum.** — *Deus namque noster, quando non regnat maxime cuius regnum est immortale: sed cum dicimus veniat regnum tuum, nostrum regnum petimus advenire a Deo nobis promissum Christi sanguine et passione quaesitum.*

**Fiat voluntas tua sicut in caelo et in terra.** — *Id est in eo fiat voluntas tua, ut quod tu vis in caelo, hoc nos in terra positi inreprehensibiliter faciamus.*

**Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.** — *Hic spiritalem cibum intelligere debemus. Christus enim panis est noster qui dixit: Ego sum panis vivus, qui de caelo descendi, quem cotidianum dicimus, quod ita nos semper immunitatem petere debere peccati ut ita digni simus celestibus alimentis.*

**Et dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris.** — *Hoc praecepto significans non nos aliter peccatorum posse veniam promereri, nisi prius nos in nobis delinquentibus, aliis relaxemus sicut in Evangelio Dominus dicit: Nisi dimiseritis pecca a hominibus, nec vobis pater vester dimittet [7r] peccata vestra.*

**Et ne nos inducas in temptationem.** — *Id est ne nos patiaris induci ab eo qui temptat pravitatis auctorem. Nam dicit Scriptura: Deus enim intemptator malorum est. Diabolus vero temptator est: ad quem evincendum Dominus dicit: Vigilate et orate ne intretis in temptationem.*

**Sed libera nos a malo.** — *Hoc ideo ait, quia dixit Apostolus: Nescitis quid vos oporteat orare. Unde Deus omnipotens ita a nobis orandus est, ut quicquid humana fragilitas cavere et vitare non praevaleret. Hoc ille ut possimus propitius nobis conferre dignetur Jesus Christus Dominus noster qui vivit et regnat Deus in unitate Spiritus sancti.*

Ipsa expleta admonentur a Diacono: „*State cum silentio audientes intente*“. Et dicit presbiter: *Audistis dilectissimi dominicae orationis sancta misteria, nunc euntes ea vestris cordibus innovate ut ad exoranda ac percipienda Dei misericordia perfecti in Christo esse possitis qui vivit et regnat cum Deo Patre in unitate Spiritus sancti Deus per omnia.*

Ipsa expleta adnuntiat diaconus: *Caticumini recedant. Si quis Caticuminus est, recedat; omnes Caticumini exeant foras.*

Egressi vero parentes cum infantibus eorum foras, relinquunt ipsos infantes in custodia et iterum ingrediuntur in ecclesiam tam parentes quam illi qui ipsos infantes suscepturi sunt cum oblationibus eorum et offeruntur pro ipsis. Ipsi vero infantes pro foribus expectantes donec consummentur missarum sollempnia. Expleta vero missa communicent omnes praeter ipsos infantes.

Iterum adnuntiet presbiter qualem diem voluerit in sequenti Ebd., quod est ab initio [7v] Quadragesimae V, ut revertantur ad scrutinium et ut venerint celebratur ipsum scrutinium per omnem ordinem sicut illi duo priores ante aures apertionum fuerint.

Et postea adnuntiet presbiter ut in ipsa Ebd. qualem diem vel ad qualem ecclesiam voluerit ut revertantur ad scrutinium quintum. Et ut venerint facit ipsum scrutinium per omnem modum sicut antea fecit. Hoc expletum iterum adnuntiet eis sicut supra ut revertantur ad scrutinium sextum in sequenti Ebd., ultima ante pascha qualem diem vel qualem ecclesiam voluerit. Et completum ipsum scrutinium vel missa per omnia sicut antea dixit; ita tamen agendum est ut a primo scrutinio qui incipit tertia ebdomate in Quadragesima usque in Sabbato sancto vigilia Paschae, septem scrutinium esse debeant secundum formam septem donis Spiritus sancti, ut dum septenario numero implebuntur detur illis gratia septiformis Spiritus sancti.

Item adnuntiat presbiter ut in ipso sancto Sabbato hora tertia revertantur ad ecclesiam et tunc catecizantur et reddunt symbolum et baptizantur et complebuntur VII oblationes eorum.

Ordo vero qualiter catecizantur ita est. Post tertiam horam Sabbati procedunt ad ecclesiam et ordinentur per ordinem sicut scripti sunt: masculi in dexteram, feminae in sinistram et faciens crucem sacerdos in frontibus singulorum. Postea imposita manu supra capita singulorum dicens: *Nec latet Satanas.*

Ipsa expleta tanget eos presbiter singulorum nares et aures de sputo oris sui et dicit uniuscuiusque ad aurem: *Effeta quod est adaperire in odorem suavitatis et reliqua.*

Haec expleta, ambulat in circuitu imposita manu [8r] super capita eorum decantando excelsa voce: *Credo in unum Deum et reliqua.* Vertit se ad feminas et facit similiter.

Postea dicitur ab Archidiacono: *Orate electi, flectite genua; et post paululum dicit: Levate. Complete orationem vestram in unum et dicit: Amen.* Et respondent omnes: *Amen.* Iterum admonentur ab Archidiacono his verbis: *Catecumini recedant. Si quis catecumenus est, recedat; omnes Catecumini exeant foras, expectantes horam qua possit circa vos Dei gratia baptismi operari.*

Postea impletur benedictio cerei; inde sequuntur lectiones per ordinem cum canticis ad ipsum diem pertinentes.

Hoc expleto procedit pontifex de ecclesia cum omni ordine sacerdotum laetania cantantes hoc est: *Kyrie eleyson* usque dum veniunt ad fontes procedentibus ante eum notarii cum duobus cereis ardentibus staturae hominis in altum habentes cum turibulis et timiamateribus et incipiunt laetaniam qua subsequitur *Christe audi nos* et reliqua.

Ipsa expleta incircuito fontis adstante clero omni vel cuncto populo cum multis luminibus, facto silentio dicit pontifex: *Dominus vobiscum.* Respondentibus cunctis: *Et cum spiritu tuo.*

Folio 8v:

[*Theodulphus, de Ordine Baptismi*]

Reverendissimo atq: carissimo fratri Johanni epō Theodulphus salutem. Preceptū tuū vir venerabilis Johannes peregi . . . . et virtus exhibitione triūphat.

#### INCIPIUNT CAPITULA.

I. Quir infans catecuminus efficitur.

XVIII. Quir corpore et sanguine dominico confirmetur.

Quod modo infantes catecumeni efficiuntur antiquus mos servatur . . . ego autem cum iustitia apparebo in conspectu tuo satiabor cum manifestabitur gloria tua

Folio 22r:

INTERROGATIONES DE TRINITATE ET UNITATE PATRIS  
ET FILII ET SPS SCI.

**INT.** Quomodo credis in Dño. **R.** Credo in Patrē et Filiū et Sp̄m sc̄m trinū et unū. **INT.** Quomodo trinū et quomodo unū. **R.** Trinum in personis et unū in substantia. **INT.** Dic quomodo. **R.** Quia alia est persona Patris. alia Filii. alia Sps sc̄i. et tamen Pater et Filius et Spiritus sanctus una sunt substantia hoc est in una deitate, in una potentia, in una maiestate. **IN.** Si alia ē persona Patris. alia Filii. alia Sps sc̄i. quomodo credis in Patrem. **R.** Credo Patrē ingēnitū ante omnia secula subsistentē et nullum finē habentē. **IN.** Quid ÷ ingēnitū. **R.** Hoc ÷ non genitū neq: natū quia neq: natus ē Pat. neq: genitus sed a semetipso ē et non de alio. **IN.** Quid ÷ ante omnia subsistentē et nullū finē habentē. **R.** Quia ante omnes creaturas Ds Pat̄ extitit et nullū finem habebit. **IN.** Quare d̄ Pat. **R.** Eo quod genuit Filiū. quia si Filiū non haberet Pat̄ esse non posset. **IN.** Quod si Ds Pat̄ Dm Filiū genuit quomodo credis in Filium. **R.** Credo Dm Filiū genitū a Patre per quē omnia facta sunt quo equalē patri. non maiorem non minorem. non anteriorē neq: posteriorē. sed sicut Ds Pat̄ sine temporalī principio et sine fine ita D̄i Filius semp̄ cū Patre sine initio et sine fine. **IN.** Unde genuit Ds Pat̄ Dm Filiū. **R.** De propria substantia hoc est de semetipso. **IN.** Quomodo credis et in Sp̄m sc̄m. **R.** Credo et in Sp̄m sc̄m de Patre et Filio procedentē hoc est exientē per omnia Patri et Filio quo equalē eternitate et divinitate et potentia et maiestate. **IN.** Quid est eternitas. **R.** Quod nec principiū sup̄sit nec finē habebit. **IN.** Et quia tres personas ostendisti. dic mihi quid sit int̄ personā Patris et Filii et Sps sc̄i. **R.** Hoc interest quod Pat̄ nec natus neq: genitus sed a semetipso. Ds est. Filius non a semetipso est sed a Patre genitus est. Sps sc̄s neque [22r] genitus. neq: ingēnitus. neq: a semetipso est. sed de Patre et Filio procedit. **IN.** Quare Sps sc̄s neq: ingēnitus neq: genitus dici potest. **R.** Quia si ingēnitus diceretur; duos patres crederemus. Si genitus duos filios estimaremus. **IN.** Est Pater per se plenus Deus. **R.** Est. **IN.** Est per se Filius plenus Deus. **R.** Est. **IN.** Est Sps sc̄s per se plenus Ds. **R.** Est. **IN.** Et si Pat̄ per se plenus Ds. Filius per se plenus Ds et Sps sc̄s per se plenus Ds. quomodo non sunt tres dii sed unus est Deus. **R.** Quia quod dividit partitio personarū. hoc coniungit unitas substantie. **IN.** Est Filius per omnia quoequalis Patri. **R.** Non. **IN.** Quomodo. **R.** In quantū de Dō natus ē equalis Patri. in quantū de uirgine natus est minor est Patre. **IN.** Quod nativitates credis in Filio D̄i. **R.** duas. **IN.** Quas. Una sine tempore de Patre. alterā in tempore de matre. **IN.** Quid

interest int has duas natiuitates. **R.** Quod in illa natus est de Patre sine matre, in ista natus est de matre sine homine patre. **IN.** Quod substantias credis in Filio Di. **R.** Duas. **IN.** Quas. **R.** Diuinā et humanā. **IN.** Si due substantie sunt, sunt similiter due persone. **R.** Non. **IN.** Quomodo. **R.** Quia sicut anima est corpus unus est homo et tamen alia est substantia anime alia substantia corporis. ita Ds et homo unus est Xps. et tamen alia ē substantia dītatis et alia humanitatis. **IN.** Accepit solus Filius carnem aut non. **R.** Solus Filius. **IN.** Et si solus Filius accipit carnem reliquit Patrē quando accepit humanitatem. **R.** Non. sed mansit cum Patre Spū seo et natus es de matre ecce uenit in mundū. **IN.** Si Ds carnē adsupsit est mutata diuinitas in carne. **R.** Non. sed adsūpta est diuinitas in Dō. **IN.** Quomodo natus est Filius Dī de matre. **R.** Sicut in symbulo continetur. Conceptus est de Spū seo natus ex Maria uirgine. quia uirgo ante partū uirgo post partū. **IN.** Propter quid adsumpsit Ds carnem humanam. [23r] Ut hominem qui perditus fuerat redemeret. **IN.** Quomodo fuerat homo perditus. **R.** Quia suadente diabolo Adam qui erat factus immortalis ad imaginem Dī de ligno quod praeceperat ei Dns ne comederet comedit et non solū ipse mortalis factus est sed et oms qui post modum de illo nati sunt mortis uinculo alligauit. et ideo Dns ne factura sua periret mortalē carnē adsumpsit et moriendo mortem superavit. **IN.** Quid est illa mors quā moriendo Dns superavit. **R.** Mors infernalis de qua iustos liberavit in ea re reliquit. **IN.** Quomodo redemit Ds genus humanū. **R.** Missus a Patre de celis ingressus est in uterū uirginis natus est in mundo Ds et homo creuit ut homo mirabilia fecit ut Ds. baptizatus est ut homo non ut peccatum haberet sed ut baptismum scificaret. esurivit sicut homo et de quinq: panibus quinq: milia hominū saturavit sicut Ds. sicut homo sitiuit et sicut Ds aquā in uinū conuertit. sicut homo tēptatus est et sicut Ds diabolū superavit. iniuriam sustinuit sicut homo et diuersos infirmos sanauit sicut Ds. mortuus est sicut homo. resurrexit sicut Ds. ad inferna descendit sicut homo et sicut Ds infernū de electis suis spoliavit. sicut homo in celū ascendit qui semper cū Parte in celū mansit. **IN.** Et quomodo potest fieri ut Ds esuriret et sitiret. pateretur et moriretur ad inferna descenderet et, qui ubiq: totus est, in celū ascenderetur. **R.** Quia sicut supra diximus duas substantias in una persona adsūpsit. ideo esurivit. sitiuit tēptatus ÷ passus et mortuus atq: sepultus ÷ sed in humanitate non in diuinitate. **IN.** Quomodo Ds ad inferna descendit. **R.** Corpus in sepulchro inuit et anima cum diuinitate ad inferna descendit. **IN.** Quid fecit Dns post resurrectionē. **R.** Quadraginta dies cum discipulis suis conversatus decies apparuit [23v] et ut verum se corpus habere ostenderet manducavit et bibit. loca elavorum ostendit et tangi permisit. Quadagesimo vero die in celū ascendit. Quadagesimo super apostolos Spm scm

misit. **IN.** Credis futurum iudicium. **R.** Credi Ihm Xpm in eodem corpore cū quo celum ascendit ad iudiciū venturum iustis ad gloriam impiis ad uindictā in quo iudicio oms homines cū corpore resurgere et unieuiq: prout gessit sive bonu sive malum recipere credimus. bonis eternaliter bona. malis vero perhenniter mala.

*Folio 23v—33v :*

INCIPIT TRACTATUS SUPER MISSAM.

Primum in ordine misse antiphona ad introitum canitur  
... in his etiam verbis ultimum commendavit apostolus.

*Folio 33v—42v :*

Dominus vobiscum. Salutatur sacerdos populum et oratur...  
Osanna interpretatur salvifica sive saluum fac.¹)

*Folio 43 :*

QUOTA SIT LUNA PER SINGULAS KL PER XVIII AN.

Jan.	Feb.	Mar.	Apr.	Mā.	Jun.
VIII	X	VIII	X	XI	XII
XX	XXI	XX	XXI	XXII	XXIII
I	II	I	II	III	III
XII	XIII	XII	XIII	XIII	XV
XXIII	XXIII	XXIII	XXIII	XXV	XXVI
III	V	III	V	VI	VII
XV	XVI	XV	XVI	XVII	XVIII
XXVI	XXVII	XXVI	XXVII	XXVIII	XXVIII
VII	VIII	VII	VIII	VIII	X
XVIII	XVIII	XVIII	XVIII	XX	XXI
XXVIII	I	XXVIII	I	II	III
X	XI	X	XI	XII	XIII
XXI	XII	XXI	XXII	XXIII	XXIII
II	III	II	III	III	V
XIII	XIII	XIII	XIII	XV	XVI
XXIII	XXV	XXIII	XXV	XXVI	XXVII
V	VI	V	VI	VII	VIII
XVI	XVII	XVI	XVII	XVIII	XVIII
XXVII	XXVIII	XXVII	XXVIII	XXVIII	XXX

¹) Diese beiden Traktate werden wir später in den „*Studien und Mitteilungen*“ zum Abdruck bringen.

Jul.	Ag.	Séb.	Oct.	Nov.	Dec.
XIII	XIIII	XVI	XVI	XVIII	XVIII
XXIIII	XXV	XXVII	XVII	XXVIII	XXVIII
V	VI	VIII	VIII	X	X
XVI	XVII	XVIII	XVIII	XXI	XXI
XXVII	XXVIII	XXX	XXX	II	II
VIII	VIIII	XI	XI	XIII	XIII
XVIII	XX	XXII	XXII	XXIII	XXIII
XXX	I	III	III	V	V
XI	XII	XIIII	XIIII	XVI	XVI
XXII	XXII	XXV	XXV	XXVII	XXVII
III	IIII	VI	VI	VIII	VIII
XIIII	XV	XVII	XVII	XVIII	XVIII
XXV	XXVI	XXVIII	XXVIII	XXX	XXX
VI	VII	VIIII	VIIII	XI	XI
XVII	XVIII	XX	XX	XXII	XXII
XXVIII	XXVIII	I	I	III	III
VIIII	X	XII	XII	XIII	XIIII
XX	XXI	XXIII	XXIII	XXV	XXV
I	II	IIII	IIII	VI	VI

Duo sunt extremi vertices mundi quos appellant polos: septemtrionis et austri, quorum alter a nobis semper videtur, alter nunquam. In eo qui a nobis cernitur tria sunt signa constituta, duo scilicet arcturi et serpens circum atque inter illos in morem fluminis means. Helice arcturus maior cinosura minor appellatur, quae diversum quidem aspiciunt. Nam dorsa earum sibimet mutuo avertuntur aversis huc atque illuc pedibus. Serpens vero caudam cingit helice cetero circuitu cinosura ita tamen ut easdem medius interlabent separet cujus caput ad dextrum pedem ejus, qui in geniculo stat videtur extensum. Ille vero qui in geniculo stat videtur extensum. Ille vero qui in geniculo stat quem Herculem dicunt dextro pede caput premit serpentis capite ad austrum converso; humeris suis coronae tangat confinia. Ipse autem corona postergum Herculis sit a capite serpentis, quem serpentarius tenet et adpropinquet, Serpentarius vero qui a Graecis ophiucus vocatur sub Hercule positus ad austrum versis pedibus, scorpionem calcat serpente precinctus quem utraque manu tenet qui plurima longitudine protentus usque ad coronam extenditur juxta hujus serpentis flexuosa volumina nullo alio interveniente signo bootis postergum arcturi majoris videtur pedibus ad virginem versis. Nam virgo sub pedibus bootis est constituta contra guttur vero et pedes anteriores urse majoris incommissura Zodiaci atque lactei circulorum gemini sunt locati habentes a levo latere agitorem cum hedulis duobus qui contra

caput helicis capite verso pede dextro sinistrum tauri conlua tangere videtur. Juxta geminos qua zodiacacus altissime erigitur contra ventrem urse maioris cancer situs est habens in dorso asellos albicante inter eos nubicola quae praeseptum appellatur; at contra pedes ejusdem urse posteriores inter cancrum et virginem leo dicitur constitutus bootem habens juxta se. sub pedibus vero agitatoris taurus jacet uno pede protecto ad orionem qui sub illo est constitutus. Cepheus inter liram et cassiepiam medius expansis brachiis, pedibus ad terga minoris urse porrectis. Cassiepia contra volumen maximum septemtrionalis serpentis inter agitorem Perseum Andromedam Cepheum, quae constitit in lacteo circulo inter pisces Cassiepiam atque arietem; Andromeda est locata cum triangulo que post tergum habere dicitur. Caput versum habens ad alvum equi, quae equus supra est positus. Aries incommissura zodiaci atque aequinoctialis circuli sub triangulo situs est, habens sub se coetum ad australem partem, ad proximum ei signum pisces duo quorum alter in aquilonem erectus alter in austrum pronus caudis tamen vinculo quodam conexis conligati sunt. Aquilonius ad Andromedam extenditur. Austrinus ad aquarium juxta pedes autem Andromede a latere Casiepie Perseus ostenditur Gorgonis caput manu sinistra tenens cujus sub femore sinistro juxta caudam tauri pliades videntur constitute. Lyra vero inter levum crus Hercule et inter cignum posita est. Sed cignus expansis alis volanti similis ad dexteram Cephei manum dextram alam sinistram ad pedes equi porrigit inter pisces et equum caudam quae capricorni aquarius est conlocatus aquam urna fundens quae effusio ad magnum piscem usque decurrit. In parte autem humillima zodiaci juxta sagittarium incommissura circulorum zodiaci atque lactei sub Delfino constitutum est et sagitta quaedam sola sub cigno juxta aquilam iacens; supra capricorni vero caput Delfinus est positus post caudam serpentis quia serpentario tenet, sub ipso autem serpentario scorpionem dicunt esse locatum ita ut pedibus serpentarii tangatur et habere sub se ad australem plagam centaurum bestiam manu quasi ad aram ferentem. Haec ara a quibusdam sacrarium vocatur et est contra summitatem caude scorpionis ad austrum posita. Brachia vero scorpionis locum optinent quem libram dicunt eo quod in eo sol equi noctium faciat autumnale. Hydra quoque jacet in circulo equinoctiali nimia longitudine protenta capite cancro medietate leoni cauda virgini subjecta: corvum atque urnam in dorso gestans. ad sub pectore tauri Orion gladio accinctus conspicitur. Lepori qui sub pedibus ejus est superpositus, habet erim post vestigia sua canem, quem sirum quemdam caniculum appellant collocatum caneri signo subjectum, ante quem sub geminis anticanem cognoscere potes. Post caudam vero Syrii ad austrum navis quam Argo dicunt videtur effulgere. ad sub pede sinistro orionis fluvius quem

Heridanum vocant flexuoso cursu perlabitur usque ad catum. Coetus autem subjacet arieti ac piscibus longissimo tractu porrectus post cuius caudam longo quidem intervallo subaquario et capricorno in austrum proiectus piscis magnus conspicitur ultimum eorum quae videri possint signorum effusionem urne aquarii quia ad ipsum usque decurrit accipiens.

[*Heic finitur.*]

Folio 45r

[*Paenitentiale Halitgarii*]

IN NOMINE DNI

Reverentissimo in Xpi fratri] ac filio Halitgario episcopo Ebo indignus episcopus salutem. Non dubito tuae ignotum esse caritati quanta nobis ecclesiasticae disciplinae... Spiritus paraclitus omni veritatis doctrina et perfecta caritatis scientia tua resplendeat pectora kme frater.

Folio 45v.

Domino et venerabili patri in Xpo Ebo archiepiscopo Halitgarius minimus Xpi famulus salutem. — Postquam venerande pater directas beatitudinis vestrae accepi litteras... Certus quia inbecillitatem meam multo amplius vestra adiuveret praecipientis dignitas quam gravaret meae ignorantiae difficultas. Valete.

Folio 46r:

INCIPIT PRAEFATIO. DE PAENITENTIS] UTILITATE

Quamvis originalia in baptismatis munere mediatoris... Quintus de ordinibus clericorum et de regulis, si devierint ipsorum.<sup>1)</sup>

Sextus quoque ponitur libellus ad paenitentia[m] qui non est ex labore nostrae excerptio[n]is, sed adsumptus de scrinio Romanae ecclesiae, in quo multa ac diversa continentur quae in canonibus non habentur, tamen simplicioribus qui maiora non valent capere poterit] prodesse.

Folio 49r:

INCIPIUNT CAPITULA] LIBRI PRIM[.]

I. De octo principalibus vitiis et unde oriuntur]

XVII. De remedio luxuriae

<sup>1)</sup> Desinit hic in editis.

INCIPIT LIBER PRIMUS FELICITER.  
DE OCTO PRINCIPALIB: VITIIS ET UNDE ORIUNT̄.

A paradisi gaudiis postquam expulsum est genus humanum... unde hic pauca tetigimus donanto Dno plenius disputemus.

*Folio 59v :*

INCIPIT LIBELLUS SECUNDUS .

Superiori libro rationem uitiorum... ex patrum dictis colligere curavi.

CAPITULA LIBRI SECUNDI

I. De vita activa.

.....  
X. De temperantia.

Actualis est vita conversatio religiosa... breuiter est in sequentis operis libello inserendum.

EXPLICIT LIBER SECUND. DE VIRTUTIBUS

*Folio 65r :*

INCIPIT LIBER DE ORDINE PAENITENTIUM.  
CAPITULA LIBRI TERTII

I. Ut paenitentiae tempora iuxta qualitatem peccati discernantur.

.....  
XVI. De epistola sci Jacobi apostoli in qua pro infirmis orare praecipitur et ungere oleo.

Paenitentibus secundum differentiam peccatorū... quomodo unum genus putatur esse concedē.

Explicit liber de ordine paenitentis

*Folio 68v :*

INCIPIT LIB. QUARTUS.  
DE IUDICIO PAENITENTIU LAICOR.

Sane quia de livore inuidiae... sine dilatione singulis capitulis inueniatur.

CAPITULA LIBRI QUARTI.

I. De homicidiis sponte commissis

.....  
XXXII. Quod usuram laici Xpiani exigere non debent. Qui voluntariae homicidium fecerint... Ut omnis peccandi oportunitas adimatur.

Hucusque de criminibus laicorum, quem ad modum in canonibus continetur collectum est nunc vero ad iuditia clericorum est transeundum.

EXPLICITI LIBELLUS DE PAENITENTIA LAICORV̄  
FELICITER

*Folio 74r :*

INCIPIUNT REGULE DE MINISTRIS ECCLESIAE SI  
DEUIAUERINT CANONICAE . PROLATE.  
CAPITULA LIBRI QUINTI

I. De praesbiteris qui uxores acciperunt vel fornicati sunt  
.....

XVIII. Luctuosa descriptio carnaliter viventium sacerdotum. Presbiter si uxorem acceperit... ab ipsa intolerabilium mihi sollicitudinū tempestate.

EXPLICIT LIBER V. FELICITER.

*Folio 80v :*

INCIPIT SEXTUS.

Addimus etiam huic operi exceptionis nostrae paenitentialem romanū alterū quē de scrinio Romane ecclesiae ad sūpsimus. attamen a quo sit editus ignoramus. Idcirco adnectendū praescriptis canonū sententiis decrevimus, ut si forte he prolate sententiae alicui superfluae sunt visae, aut penitus quae desiderat ibi de singulorū criminibus nequiverit invenire, in hac saltem brevitate novissima omnīū scelera forsitan inveniet explicata.

INCIPIT QUALITER SUSCIPERE DEBEANT PENITENTEM EPISCOPI UEL PRESBITERI :

Quotienscūq; Xpiani ad paenitentia accedunt... Non quia in vino ē luxuria sed in ebrietate.

EXPLICIT PROLOGUS :

*Folio 81r :*

Si quis forte non potuerit ieiunare... medietatē paenitentiae eis imponite.<sup>1)</sup>

*Folio 81v :*

INCIPIT QATIO AD DANDAM PENITENT.<sup>2)</sup>

In primis dic psal. CV. Benedic. anima mea Dno.

*Folio 82r :*

INCIPIT RECONCILIATIO PENITENTIS V FER IN  
CENA DNI.

Inprimis dic psal. L. cū Antiphona. Cor mundum.

<sup>1)</sup> Cf. *Migne*, Patrol. lat. Tom. 78, 450.

<sup>2)</sup> Cf. *Migne*, Patrol. lat. Tom. 78, 452.

Folio 82v:


INCIPIT IUDICIUM PENITENTIS.

Si quis eps aut aliquis ordinatus homicidium fecerit... suam egit paenitentia potestatem habet.

EXPLICIT. 1)

Folio 88r: Computa numerum singulorum litterarum quae in nomine ejus currunt qui egrotat et adde quota luna fuerit sub numerum nominis ejus. Deduc per XXX et I quid remanserit adtende compositum si superius fuerit evadit, si inferius morietur. Ratio spere Pytagore philosophi quod Appologus descripsit. Unde quacunque re consulere vel scire volueris utpote de egris qua die incurrit et ea die quota luna fuerit scire debet addis nomen ipsius secundum infra scripturas et sic in unum colligis et partiris in XXX et quidquid remanserit in spera respicies et sic invenies et si sursum invenies vivit et prosperum erit ei, si autem infra fuerit morietur.

- A. III.
- B. III.
- C. XXVII.
- D. XXVIII.
- E. XXV.
- F. III.
- G. VII.
- H. VI.
- I. XV.
- K. XV.
- L. XXI.
- M. XVI.
- N. XV.
- O. VIII.
- P. XIII.
- Q. XXI.
- R. XXIII.
- S. VIII.
- T. VIII.
- U. V.
- X. VI.
- Y. III.
- Z. III.



1) Cf. Migne, Patrol. lat. Tom. 78, 452—458.

§ 4. Der Codex Q. v. II. No 5.

Ex musaeo Petri *Dubrowski*. — [Olim *Corb* N. 230 et *Sangerm*. N. 686]. 56 fol. 18.3 × 14.7 mm. Saec X.

*Varii Canones Conciliorum et dicta Sanctorum Patrum;  
Ordo librorum catholicorum*

Diese Handschrift enthält hauptsächlich kanonische Excerpte und Fragmente. Folio 8v liest man: Unde dicta est Missa?

Missa enim tempore sacrificii est quando caticumini foras mittuntur, clamante levita; *Si quis catecuminus remansit, foras mittatur*. Quia sacramentis altaris interesse non possunt, qui nondum regenerati nascuntur. Item. Missa celebrare primum a sancto Petro et sanctis apostolis est institutum, jubente Domino, sicut ipse dixit: *Haec quotienscumque feceritis, in mei memoriam facietis*. Missa graeca lingua dicitur, quod in latino interpretatur interpellatio pro plebe id est intercessio pro populo. Item. Missa dicitur ideo quod eo tempore quo corpus Christi conficitur, caticumini extra ecclesiam mittuntur quia nondum renati nascuntur sacris misteriis interesse prohibantur. Item. Missa est id est **ite** quia uestra oblatio et mea interpellatio sive deprecatio pro vobis a Deo missa est.

*Folio* [8r] Gradus ecclesiastici octo sunt. Primus est ostiarius. Secundus psalmista. Tertius lector. Quartus exorcista. Quintus acolyta. Sextus Subdiaconus. Septimus diaconus. Octavus vero presbiter.

Ostiarii dicti sunt, eo quod praesint ostiis templi, ut sciant recipere fideles et infideles respuere.

Psalmistae ad psalmis cantandis. Ipsi enim canunt, ut excitent animos ad conpunctionem audientium.

Lectores dicti sunt a legendo. Illi enim praedicant populis quod sequantur.

Exorcistae ex graeco. In Latino adjurantes sive increpantes vocantur.

Acoliti graece, latine ceroferarii dicuntur a deportantis cereis quando legendum est evangelium aut sacrificium offerendum. Tunc enim accenduntur luminaria ab eis et deportantur non ad effugandas tenebras, dum sol eo tempore rutillet, sed ad signum laetitiae demonstrandum, ut sub typo luminis corporalis, illa lux ostendatur, de qua in evangelio legitur: *Erat lux vera quae inluminat omnem hominem venientem in hunc mundum*.

Subdiaconi appellantur, quia subjacent praeceptis et officiis levitarum. Oportet enim illos apostolum legere, honestare altare et aquam praeparare in ministerio altaris.

Diaconus enim graece, latine minister dicitur, quia sicut in sacer[8v]dote consecratio, ita et in diacono ministerii dispensatio habetur.

Presbiter graece, latine senior interpraetatur, non tamen propter aetatem vel decrepitam senectutem, sed propter honorem et dignitatem quam acceperunt ita vocantur.

Episcopus superinspector, superinspiciens vel superintendens visitator vel speculator et ideo propheta ait: Speculatorem posuit te domui Israel.

[8r] Ordo episcoporum quadripertitus est id est in patriarchis, archiepiscopis, metropolitibus atque episcopis. Patriarcha graeca lingua summus patrum interpretatur, quia primum id est apostolicum [9r] retinet locum. Et ideo quia summo honore fungitur tali nomine censetur sicut Romanus, Anthiochius, et Alexandrinus. — Archiepiscopus graeco vocabulo, qui sit summus episcoporum, tenet enim vicem apostolicam et praesidet tam metropolitanis quam episcopis caeteris. Singulis enim provinciis pertinent, quorum auctoritati et doctrinae caeteri sacerdotes subjecti sunt, sine quibus nihil reliquos episcopos agere licet. Sollicitudo enim totius provinciae ipsis episcopis commissa est. Omnes superius designati ordines uno eodemque vocabulo episcopi nominantur, sed inde privato nomine quidam utuntur propter distinctionem potestatum, quam singulariter acceperint. Patriarcha, pater principum, archon enim princeps. Archiepiscopus, princeps episcoporum sicut metropolitanus. Episcopatus autem vocabulum inde dictum est quod ille qui super efficitur, superintendit, curam scilicet subditorum gerens. Scopin enim graece latine intendere dicitur. Episcopi autem graece speculatores interpretantur. Nam speculator est praepositus in ecclesia dictus eo quod speculatur atque perspiciat populorum infra sepositorum mores et vitam. Pontifex princeps sacerdotum est quasi via sequentium ipse et summus sacerdos. Ipse pontifex maximus nuncupatur. Ipse enim efficit sacerdos atque Levitas. Ipse omnes ordines ecclesiasticos disponet. Ipse quod unusquisque facere debet ostendit. Antea enim pontifices et reges erant: nam maiorum haec erat consuetudo ut rex esset etiam sacerdos vel [9v] pontifex. Unde et Romani Imperatores pontifices dicebantur. Vatis a vimentis appellatus cujus significatio multiplex est . . .

*Folio 12r und Folio 33r: Über Sonn- und Feiertage.*

*De die Dominico, in qua Dominus resurrexit.*

Ut ab operibus et placitis ac mercimoniis publicis unus quisque Christianus absteineat et in oratione et divinis officiis se dignum exhibeat. Similiter et diebus festis id est a pascha quod est resurrectio dominica usque medium paschae ab opere omnes absteineant. Post hos dies hi sunt quos feriatos habere Christianis oportet. III dies ante ascensionem Domini et diem ascensionis Domini et missam sancti Johannis et missam sancti Petri, adsumptionem sanctae

Mariae. Missam sancti Andree et post natale Domini sancti Stephani et sancti Johannis evangelistae et octavas Domini et epiphaniam ac octavas ejus et purificationem sanctae Mariae.

[33r] Adnuntient presbiteri diebus dominicis per annum Sabbatizandum.

Primo modo.

In natale Domini VIII Kalendas januarias: dies IIII.

In circumcissione Domini Kalendas januarias: diem unum.

In epiphania VIII idus januarii: diem unum.

In purificatione sanctae Mariae IIII nonas februarii: diem unum.

In pascha Domini post Dominicam: dies tres.

In assentione Domini: diem unum.

In natale sancti Johannis Baptistae Kalendas Julias: diem unum.

In passione sanctorum apostolorum Petri et Pauli III Kalendas Julias: diem unum.

In adsumptione sanctae Mariae XVIII Kalendas septembris: diem unum.

In nativitate sanctae Mariae VI idus Septembris: diem unum.

In passione sancti Andree apostoli pridie Kalendas Decembris: diem unum.

De Communione.

*Folio 24r*: Greci omni die Dominico communicant clerici et laici et qui in tribus dominicis non communicaverit, excommunicetur, sicut canones habent. Romani similiter communicant qui volunt, qui autem noluerint non excommunicantur. Greci et Romani tribus diebus abstinent se a mulieribus sicut scriptum est: Ante panis propositionem ante consumationem poenitentiae poenitentes secundum Canones non debent communicare: nos autem pro misericordiam post annum aut sex menses licentiam damus.

*Folio 24v*: Pro defuncto monacho missas agatur die sepulturae ejus et tertio die et postea quantum voluerit abbas. Pro laico bono tertio vel septimo post jejunium pro poenitenta triginta diebus vel septem et propinquis ejus oportet jejunare septem dies et oblationem offerre ad altare sicut Hiesu filio Sirach legitur et pro Saul filii Israel jejunaverunt, postea quantum voluerit presbiter.

Mulieres possunt sub nigro velamine accipere sacrificium: Basilius hoc judicavit.

Episcopis licet in campo confirmare ac presbyteros missas agere. In uno altare duas facere missas conceditur uno die. Nec in altatio ubi episcopus missam dixerit presbiter illa die missam dicat. Non licet vigilia paschae ante horam secundam noctis vigiliis per expedire, quia in ipsa nocte non licet post mediam noctem bi-

bere, nec natale Domini, nec reliquas sollempnitates. Non licet presbitero nec diaconum nec subdiaconum post accepto cibo vel poculo missa tractare aut in ecclesia, dum missas dicuntur stare.

*Folio 26v* : Licebat missa saecularium mortuorum ter in anno III dies et VII et XXX dies, quia surrexit Dominus tertio die et nona hora emisit spiritum et XXX dies Moysen planxerunt filii Israhel. Presbitero licet solum missam cantare et crucem sanctificare. Presbiter responsoria cantet in missa, vel quicumque cappam suam non tollit sed evangelium legens super humeros ponat. Qui acciperit sacrificium post cibum VII dies ponitet. Qui non communicat non accedat ad pacem neque ad osculum et qui prius manducat ad osculum non permittat. Ecclesiam licet ponere in alium locum si necesse sit et non debet iterum sanctificare, tantum presbiter aqua aspergere debet in loco altaris crux debet conponi. —

*Folio 44v f.* steht das akrostichische Gedicht des *Dungal Peregrinus* auf den Bischof *Hildoard* von Cambray (790—816):

[44v] Hos versus in honorem *Hildoardi* episcopi, *Dungalus* peregrinus, licet ille negligens et incircumspectus conpos conposuit, in quibus priores litterae singulorum versuum unam porrectam, sed in transversum limam efficiens nomen laudati et versifici contexunt et demonstrant qui exametri pentametrique alternatim hoc modo rite discurrunt :

Hanc tibi vitricem duux inclite sume coronam  
 Intextam sertis floribus et variis  
 Luceat ut vestro fulgens in vertice semper  
 Divina exornans tempora et omne caput  
 Optatum adducens Domini sublimis honorem  
 Alti throni genitor qui et herē scepra tenet  
 Rex regum et summus princeps Dominus dominantum  
 Dispositor sapiens conditor architenens  
 Omnia qui superat replet sustentat et ambit  
 Denique cuncta regit prava, sed ipse domat  
 Unus ubique Deus sancto spiramine fulgens  
 Numine qui proprio cingere cuncta valet  
 Gloria summa potens retinent quam septaque nulla  
 Aera, terra, polus, tartara nec pelagus  
 Laudibus immensis quam milia sancta celebrant

[45r] Votiferæ plebes et chorus angelicus  
 Sanctus amore pio, sanctus super omnia sanctus  
 Trinus ubique Deus semper et unus adest  
 Versibus his vestram optamus vegetare salutem  
 Exiguum et famulum commemorare tuum.

Auf vorstehendes Gedicht folgen diese Fürbitten :

Sanctis intercessionibus et meritis beatae Mariae in suo sancto servitio conservet nos Dominus.

Intercedente pro nobis beata et gloriosa semper virgine Maria propicietur nobis Dominus.

Interveniente pro nobis beata Maria Genetrice Dei misereatur nobis Dominus.

Sanctis intercessionibus et meritis Angelorum Michahelis, Gabrielis et Rafaelis ab omni peccato absolvat nos Dominus.

Interveniente beato Petro Apostolo tuo ab omni periculo tuere nos Domine.

Intercedente pro nobis beato Petro apostolo suo miseratur nobis omnipotens Deus.

Interveniente beato Paulo Apostolo suo ab omni malo liberet nos Dominus.

Intercedente pro nobis beato Paulo apostolo tuo ab omni malo defende nos Domine.

Precibus ac meritis beatorum apostolorum Petri et Pauli atque Andreae misereatur nobis omnipotens Deus.

[45v] Incedentibus sanctis martyribus et confessoribus atque virginibus ab omni malo libera nos Domine.

Dextera sua protegat nos Dominus.

Brachio suo sancto auxilietur nobis Dominus.

---

Eine dem 10. Jahrhundert angehörige Hand schrieb den auf den letzten Folien befindlichen ORDO LIBRORUM CATHOLICORUM, zu dem eine moderne bemerkt hat: „Editum non reperi. Ex ordine Romano ad usum monasterii Corbeiensis accommodato“.

[53v]

INCIPIIT

ORDO LIBRORVM CATHOLICORVM QUI IN ECCLESIA ROMANA PONITVR IN ANNO CIRCULO LEGENDVS ET DE FERIA IIII. V. VI. ET VII ANTE PASCHA AC DE SABBATO PENTECOSTEN.

In primis in Septuagesima Paschae ponunt Eptaticum usque in XV die ante Pascha. In XV die ante Pascha ponunt Hieremiae prophetae usque in Cena Domini. Igitur a Dominica quam sedes apostolica Mediana voluit nuncupari usum observantiae credimus intimandum. Unde et ea quae ipsa die dicuntur numerum ostendunt; Ut est illud XIII die ad vesperum et paulo post et XV sollemnitatem celebrabitis a quo die usque in vigilia sanctae Dominicae Resurrectionis in nullo responsorio decantatur gloria.

FERIA IIII — Hora VIII cantatur nona et cum ingrediantur fratres et omnis populus in ecclesia maiore et ponatur oratorium

ante altare et procedat sacerdos cum ministris de sacrario et veniat ante altare et prosternat se super oratorium et oret. Mox ut surrexerit dicat: *Oremus dilectissimi nobis in primis pro ecclesia sancta Dei.* Qua expleta dicit: *Oremus* et diaconus; *Flectamus genua.* Postquam oraverint dicat: *Levate* et presbyter dicat: *Omnipotens sempiternus Deus qui gloriam tuam.* Deinde reliquas per ordinem: Ad ultimum cum oraverint pro Judaeis non flectant genua; quibus expletis osculat altare et ingreditur.

Postea hora nona ingrediantur ad missa hoc ordine dicat scola antiphona ad introitum et procedat sacerdos et veniat ante altare et prosternat se super oratorium usque ad repetitionem versus et post *Kyrie eleison* det orationem et postea legitur lectio una sicut in capitulare continetur. Sequitur responsorium, gradualis: *Ne avertas faciem tuam.* Sequitur altera lectio, postquam responsorium: *Domine exaudi* cum versibus suis; deinde evangelium quod pronuntiabitur ita: Passio Domini nostri Jesu Christi secundum Lucam; qua perlecta, expletur Missa ordine suo et cantatur vesperam et postea non sonetur clocca usque in Sabbato ad missam.

FERIA V. — Surgant ad vigiliis hora VIII nec more solito: *Deus in adiutorium Deum intende* dicant nec *gloriam* nec *invitatorium* dicant, sed cantor incipiat antifonam sicut in antiphonario continetur. Lector benedictionem non petat nec presbyter benedictionem compleat et quando finierit lector lectionem non dicat; *Tu autem Domine*, [54r], sed ex verbis lectionis faciat finem et tunc ecclesia omni lumine sit decora id est XXXVIII luminaribus. Lumen autem ab initio cantus nocturnae inchoatur extinguui: hoc tamen ordine ut ab introitu ipsius ecclesiae incipiat paulatim tutari, ut verbi gratia peracto primo nocturno non videatur eorum tertia pars extincta esse, medio nocturno, iterum tertia pars. Tertio vero nocturno expleto exceptis VII lampadibus nihil luminis relinquatur. Quod hoc modo ordinare possumus. Primo nocturno cum incipit cantor primam antifonam sit custos paratus et tutat unam lampadam ab introitu ecclesiae et cum finierit ipsum psalmum aliam tutat et cum audierit secundam antifonam tutat tertiam et psalmo finito tutat quartam et quando tertia antifona inchoatur V<sup>am</sup> lampadam tutat et cum finitur ipse psalmus tutat VI<sup>am</sup> et dam orationem tutat VII<sup>am</sup>. Cum vero lector primam lectionem legerit tutat VIII<sup>am</sup> et inchoato primo responsorio tutat VIII<sup>am</sup> et cum secundo lectio legitur tutat X<sup>am</sup>. Audito vero secundo responsione tutat XI<sup>am</sup>. Quando autem tertia lectio inchoatur tutat XII<sup>am</sup> et sic inchoatur tertio responsiones tutat XIII<sup>am</sup>. Ista est tertia pars luminis ecclesiae. In secundo quoque nocturno ipsum ordinem tutationis quem in primo constituimus observet. Porro in tertio nocturno cum audierit primam antiphonam, tutat lampadam unam et secunda antiphona inchoata tutat aliam et cum tertiam audierit tutat tertiam. Quando

autem prima lectio ejusdem nocturnae legitur tutat IIII<sup>am</sup> et cum secunda incipitur tutat V<sup>am</sup>. Tertia vero cum inchoatur tutat VI<sup>am</sup>. Et ita fit ut nihil luminis remaneat nisi VII lampades qui in matutinis hoc ordine exstinguntur. Initium primi psalmi sit custos paratus in loco dexteræ partis ecclesiae prope lampadibus, ut ubi audierit antiphonam tenens cannam in manu tua tutat lampadam unam. In fine vero psalmi ipsius tutat aliam in sinistra parte. In secundo psalmo cum audierit antiphonam tutat aliam in dextera parte et sic unam ex parte una alia ex alia tutatur usque ad evangelium. In evangelio tutatur mediana lampada; et expleta mututina orant cum silentio et exeant foras.

Eadem vero die Caena Domini excutiant ignem de lapide in loco foris basilicæ. Si ibidem oratorium in porta ibi excutiant; sin vero in loco quo consideraverit prior, ita ut ex eo igne [54v] candelâ posita accendi, quæ candelâ in arundine debet poni et a custode ecclesiæ portari præsentî populo et de ipso igne continuo in eadem ecclesia vel loco accenditur lampada una servetur usque in sabbatum ad illuminandum cereum qui eodem die benedicendus est. Custos vero sicut jam diximus accipiat candelam in manu sua illuminatam in cannam et pergat prosequente eum populo cum supplicii silentio ita ut summitas candelæ, quæ illuminatur altare versa inclinata respiciat illam ecclesiam qua sunt ingressuri. Quæ tamen videlicet ecclesia prius absque lumine, præparatis ante altare VII lampadibus ita compositæ ut absque ullo impedimento cujuscumque retardationis manu custodis possint accendi. Ac deinceps præparatis custodibus omni lumine decoretur ecclesia. Præbyteri vero et diaconi et reliquus ordo ministrorum ingrediantur sacrarium et induantur dalmaticis vel omni ornamento. Quando autem scola antiphonam dicit *ad introitum* procedant cum candelis ad missam et dum venerint ante altare prosternat te sacerdos super oratorium usque ad repetitionem versus. Finito introitu non dicat *Kyrie eleison*, nec sacerdos *Dominus vobiscum*, sed tantum oremus et det *orationem*. Post tamen legitur apostoli lectio: *Fratres, convenientibus vobis in unum usque ut non cum hoc mundo damnemur*. Sequitur responsorium, gradalis: *Christus factus pro nobis*. Postea evangelium legatur secundum Johannem, sed nec diaconus cum legerit *Dominus vobiscum* dicat, sed inchoet: *Sequentia sancti Evangelii secundum Johannem: In illo tempore: Sciens Jesus quia venit hora ejus usque ut quemadmodum feci vobis ita et vos faciatis*. Neque *Agnus Dei* cantetur neque oscula celebrentur. Sacerdos vero cum fregerit sancta, mittat unam partem in calicem et ex alia communicet. Porro tertiam in altare dimittat et confirmetur a diacono de calice et illo tantummodo die postquam confirmaverit a sacerdote ponat calicem super altare et accipiat diaconus patenam majorem mittetque in eam de Sancta oblatas integras et ponat juxta calicem in sinistro latere et duo

subdiaconi veniant unus cum patena et alius cum calice utrisque vacuis et tollat diaconus de majore patena et oblati quantum sufficere possit ad communicandum populum [55r] et de calice similiter et mittat in patenam et calicem quam subdiaconi tenent in manibus et statim illud quod remanet super altare cooperietur a duobus diaconibus utrumque remane munda et de illa alia juxta altare faciat confractionem redeant ad sacerdotem ut communicent ipsi et reliqui per ordinem et data oratione post communionem diaconus non dicat: *Ite missa est*, sed ipsa oratione finiantur universa. Ipsa vero oblata quae super altare cooperta remanserant servantur in crastinum juxta consuetudinem et post vesperam nudentur altaria et sint nuda usque mane sabbati.

FERIA VI. — Hora VIII surgant ad vigiliis et omnia sicut in V Feria ordinavimus peragantur. Eodem die hora VIII faciunt de igne sicut fecerunt in V feria et a praeposito portetur et VII lampades ejus manibus illuminentur et de candelis quantum priori videtur et ponatur una palla sub evangelio sub altare tunc procedat sacerdos de sacrario qui dum veniens de sacrario processerit ante altare adorandum super oratorium sicut mos est, statim surrexerit cum silentio ascendat ad sedem, qui sedente, statim subdiaconus ascendat ad legendum et post lectionem cantatur Canticum: *Domine audivi cum versibus suis* et dicet sacerdos *Oremus* et diaconus *flexemus genua* et orent et dum dixerit *Levate* surgant et sacerdos det orationem: *Deus a quo et Judas*. Deinde sequitur altera lectio post quam sequitur tractus, quo finito legitur: *Passio Domini nostri Jesu Christi secundum Johannem* et diaconus non dicat Dominus vobiscum, sed pronuntiet passio Domini nostri Jesu Christi secundum Johannem. Haec expleta statim duo diaconi nudant altare sindone quae prius fuerat sub evangelio posita in modum furantis et ponent eam in sacrario et sacerdos veniet ante altare det orationem; *Oremus dilectissimi nobis in primis*, quae finita dicat sacerdos *Oremus* et diaconus *flexamus genua* et orent diutissime usque dum dicat diaconus *Levata* et caetera sicut supra in IIII<sup>a</sup> feria diximus compleantur. Post orationem vero praeparatur crux ante altare interposito spatio inter ipsam et altare: sustentata hinc inde a duobus acolitibus posita ea ntea oratorio et veniat sacerdos et adoratur et deosculatur crucem. Deinde presbyteri et diaconi et caeteri per ordinem. Sacerdos vero redeat ad sedem usquedum omnes saluent. Presbyteri et duo priores mox ut salutaverint intrant in sacrario vel ubi [55v] positum fuerit Corpus Domini quod prima die remanserat ponentes tum in patenam et subdiaconi teneant ante ipsos calicem cum vino non consecrato et alteram patenam cum Corpore Domini. Quibus tenentibus accipit unus presbyter patenam et alter calicem et defertur super altare nudatum. Sacerdos vero sedeat dum persalutat populus crucem. Nam salutante pontifice vel populo

crucem cantatur semper Antiphona: *Ecce lignum crucis in quo salus mundi pependit, venite adoremus.* Dicatur psalmus CXVII. Qua salutata et reposita in loco suo descendat sacerdos ante altare et dicat: *Oremus praeceptis salutaris.* Pater noster qui es in caelis sequitur: Libera nos quaesumus Domine, cum dixerint Amen, sumat de Sancta et ponat in calicem nihil dicens et communicant omnes cum silentio et expleta sunt universa.

In nocte vero sancti Sabbati surgent ad vigiliis hora VIII et omnia sicut in V feria ordinavimus peragantur.

SABBATO SANCTO. — Hora VII veniant omnes in ecclesiam et excutiant ignem super portam et illuminetur candela et ab abbate portetur, prosequente eum populo cum supplicii silentio et de ipso lumine duo cerei illumentur, tenentibus duobus notariis unus in dextero cornu altaris alterum in sinistro et ascendens lector in ambonem non pronuntiat lectio libri Genesis, sed inchoat in principio plane, qua perlecta dicat sacerdos *oremus* et diaconus *Flectanus genua* et orent quousque diaconus dicat *Levate* et surgant et sacerdos det orationem: *Deus qui mirabiliter creasti hominem* similiter et illas lectiones, ante in principio non dicat orationem expletis lectionibus regredientur foras: Praecedentibus eum duobus notariis cereos tenentes et induantur sacerdotes et diaconi et ministri et caeteri clerici dalmaticis et stolis et omni ornamento et illum inetur cereus qui in eodem die benedicendus est de igne qui V feria excusus est et intrent in ecclesiam et benedicatur cereus a diacono sicut in sacramentorio continetur. Expleta benedictione cerei statim venit unus minister tenens ampullas in manibus suis stans in dextero cornu altaris et descendat ipse praecedens pontificem ad fontes. Tunc deinde scola descendat ad fontes ad letaniam faciendam, expectantes parati pontificem et non finiant letaniam, dicentes *Agnus Dei* semper usquedum sacerdos veniat et annuntiat eis ut sileant. Deinde sacerdos procedat cum omni decore et diaconibus [56r] et illa duo cereostata quae ante fuerant illuminata semper ante ipsum procedant usque dum omnia finientur. Mox ut venerit ante fontes stans benedicit fontes sicut mox est memoriter. Secundus vero scolae tenet vas aureum in manu sua sinistra super planetam cum crisma et accipiens sacerdos vasculum de manu ejus et fundit crisma in fontem, cum vas aureum et expandit aquae manu sua super populum. Tunc baptizat et redeat in sacrario exspectans ut vestiti fuerint infantes et confirmet eos. In ecclesia minore et cantatur vespera sine antiphona, sed tantum in evangelio dicat Antiphona: *Vespere autem sabbati quae lucescit.* Deinde scola jussa facit letaniam ante altare: primo septena et spatio facto, facient quinam. Iterum spatio facto ternam: Et dum dicitur *Agnus Dei* magister scolae dicat: *Accendite* et tunc illuminatur ecclesia: et procedat sacerdos de sacrario cum duo cereostata unde superius diximus.

Stant sicut antea a dextris et sinistris altaris; letania expleta, dicit pontifex: *Gloria in excelsis Deo*. Deinde legit Apostolum, *Alleluia, confitemini Domino*. Tractus: *Laudate Dominum*. Ante evangelium non portant luminaria in ipsa nocte, sed incensum: Non cantent ofertorium, nec Agnus Dei, nec communionem. Et inrogavimus nihilominus **Domnum apostolicum Adrianum** secundum mandata vestra si paschali sabbato debent flecti genua, dum lectiones recitantur et ipse respondit debere omnimodi fieri, cui cum diceremus, quomodo sacerdotes vel ministri seu clerus cum stolis et planetis possint in terram prosterni? Ille adjecit: Non debere sacerdos ministros vel seu clerum stolis ipsius planetisque vestiri, nisi tunc demum cum lumen novum introducitur ut cereus benedicatur. Percunctati sumus rursus qua hora in Sabbato Pentecosten conveniens sit ad lectionum officium ingredi qui nobis dixit hora VI. hoc fieri oportere.

**Item.** — In Pascha ponunt actuum apostolorum, sequuntur epistolae canonicae deinde sequitur apocalypsis usque in octabas Pentecosten: Ponunt regum et paralipomenum usque in dominica mensis Augusti. In dominica prima mensis Augusti ponunt Salomonem usque in kalendas septembris id est in dominica prima Septembris. In dominica prima Septembris ponunt Job, Tobia, Judith et Esdra usque in kalendas Octobris. In dominica prima mensis Octobris ponunt Machabeorum usque in kalendas Novembris. [56v] In dominica I Novembris ponunt Hiezechielem et minores prophetas XV usque in kalendas Decembris. In dominica I Decembris id est prima de Adventu Domini nostri Jesu Christi ponunt Isaiae prophetae usque in Natalem Domini. In vigiliis Domini legunt primum de Isaiae lectionis III. Prima lectio sic continet in capite: *Primo tempore alleviata est terra Zabulon*. Secunda lectio sic continet in capite: *Consolamini, consolamini*. Tertia lectio sic continet in capite: *Consurge, consurge induere fortitudine tua Sion*. Caeterae III lectiones non terminantur, sed sicut voluerit prior, cui proprium est. Deinde legitur sermones et homilias catholicorum patrum ad ipsius diem pertinentes id est Augustini, Gregorii, Hieronimi, Ambrosii vel caeterorum. In natale sancti Stephani leguntur Actuum Apostolorum et lectiones orthodoxorum patrum ad ipsius pertinentium diem et similiter sermones ad ipsius caelebritatem congruentes. Idem in natali sancti Johannis evangelistae legantur apocalypsis et similiter sermones ad ipsius caelebritatem congruentes. In natali Innocentium eandem Apocalypsis et similimodo, si fuerint sermones de natali ipsorum. In octabas Domini, ejusdem psalmos, ejusdemque lectiones quas in natale Domini vel sermones, si fuerint de propheta. In Teophania similiter lectiones III de Isaia propheta. Prima lectio sic continet in capite: *Omnes sitientes venite ad aquas*. Secunda lectio sic continet in capite: *Surge, illuminare Hierusalem*. Tertia lectio sic

continet in capite: *Gaudens gaudebo in Domino*. Deinde leguntur sermones sancti Augustini, Gregorii, Hieronimi, Ambrosii vel caeterorum. In octabas Teophaniae ejusdem psalmos, easdemque lectiones quos in Teophania praeter has festiuitates, quas superius scripsimus. De natale Domini ponunt apostolum vel *degadis* psalmorum usque in Septuagesima. In natale sancti Petri hoc est in vigiliis legunt lectiones III. de actibus Apostolorum. Prima lectio sic continetur in capite: *Petrus et Johannes ascendebant in templum*. Secunda lectio sic continetur in capite: *Factum est autem Petrum dum transiret universis deveniret ad sanctos qui habitabant Lidde*. Tertia lectio ita continetur in capite: *Misit Herodes rex manus*. In natali sancti Pauli sermones Augustini leguntur.

Den Schluß des Codex Sangermanensis N, 686 bildete das Kalendarium Orbisiense.

Fol. 1r [146r] des Codex Petropolitanus Q. v. I. 56 beginnt also: *Incipit ordo solaris anni cum litteris a scō Hieronymo superpositis ad explorandam Septimam diem et lunae aetatem investigandam in unoquoque die per XVIII annos.*

Kl IAN. Octabus Dni  
 IIII NON. Dedicatio eccle beatae Marie in Atrab  
 III NON. Parisius. Natl scē Genofeve  
 NON Jeunio et Missas. Hora nona. Et natalis scī Simonis qui in columna stetit.  
 VIII ID Colitur Theopania Xpi.  
 VII ID In Nicodemia scī Luciani pbr.

.....

### Johannes Trithemius.

Charakterbild mit unterlegter Kritik des Werkes von W. Schneegans, „Abt Johannes Trithemius und Kloster Sponheim“. — Aus dem Nachlasse des † hochwürdigsten P. *Laurentius Wocher*, Abt des Cist.-Stiftes Mehrerau.

Wie eine gewaltige Denksäule steht Abt Johannes Trithemius als großartiger Abschluß der langen Reihe ausgezeichnetener Benediktiner des Mittelalters an der Schwelle der Neuzeit. Seine Mitwelt verehrte ihn als gründlichen Geistesmann und staunte ihn an als Wunder der Gelehrsamkeit, als die Sonne, die mit ihren Strahlen

*Bemerkung der Redaktion.* Wir brachten gleich in den ersten Jahrgängen der „Studien“ mehrere wichtige Artikel über Trithemius; so in den Jahrg. 1882, S. 332 und 1883, Bd. I., S. 219 einen Aufsatz über die Trithemius-Bibliographie. Der Jahrg. 1883, Bd. II., S. 187 enthielt einen Aufsatz über zwei unedierte Briefe des Abtes J. Trithemius von Dr. A. Goldmann in Wien, welchen vom † Dr. Falk noch einige Bemerkungen beigegeben waren. Seit